Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35449
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

pullis qui apium morte nutriuntur: Et tenuis fugiens p.
g. i. Suspendendum tenuis ne incipiant esse duo epi-
theta quod apud latinos constat esse uitiosum: uere suo
sibi grato et aptissimo: decedere ripa calori ut escas pos-
sint aquarum uicinitate uitare in medium Ordo est
in medium transuersas salices et grandia conice saxa.
pontibus ut crebris. ueluti pontibus nam non sunt pontes
si forte morantes tarde remeantes ex pascuis: neptuno
immersit deum pro aquis posuit: grauis si c. timbre her-
be genus est habundantis in frigia grauis autem modo bene
et multum significat alias male ut ibi odor ceni grauis
Item graue olentis auini Violaria Loca ubi nascuntur
uiole: utraque uis apibus pariter metuenda tam caloris
quam frigoris quam licet utrumque equali modo metuendum sit
tamen dissimiliter nocet nam calore liquefacta defluunt mel-
la que si fuerint frigore condurata constrictas apes in-
timunt Spiramenta exitus alibi seena spiracula dicis.
fucoque genus est herbe ubi unde tinguntur uestes fucum
aut quia flores pecora posuit quam ex his colligunt rebus:
Hec ipsa ad munera ad officia coangustandarum ca-
uinarum: Et uisco quia frigie s. p. i. ordo est seruant glute
quod est lentius et uisco quam frigie ydee pice seruant id est
aut mire ait: Nam pilas quasdam in aluearibus faciunt
de quibus postea cerea tecta componunt: Si uera est
fama si credendum est apes posse terram effodere: et
leui limosa cubilia limo alii et leui legunt unus tamen se-
sus est: Nam hoc dicit quod ille nimio labore perficiunt ita
et leui ungue rimosa cubilia circumfoues limo: etiam
raras frondes sup inice quod ideo fit ne limus crepet uel
cauerne aut sole penetrentur aut frigore: taxum sine
uenenata arbor est: ipse in buccolicis sic tua cirneas fu-
giant examina taxos: mel enim ex inde pessimum gignitur
rubentes cancros Odore enim ipso pereunt rubentes aut
quum uruntur non qui per naturam huius sunt coloris alte
neu crede paludi ne facile merguntur uocisque offen-
sa r. i. resonat echo repulsa quam apes horrere ue-
hementer manifestum est: Pulsam hiemem sol a. e.

st. Secundum philosophos qui dicunt quo tempore hic hymes
hyems est estatem esse sub terris et uisa uice hieme quod
etiam lucretius exequitur et trahit hic argumentum pu-
tealem aquam estate frigidissimam esse hieme uero cali-
dissimam: metunt flores secant unde et messores dicti
sunt: Sane meto metis preteritum perfectum facit messui
hinc ex floribus s. ex quibus primo mel mox pullos effi-
ciunt nescio que dulcedine quadam archana ratione
nescio: mella tenacia fingunt qui cum in ueris sint faui mel-
tamen in non funditur: unde ait tenacia que in resupina-
tis fauis cohoerent caueis aluearibus: Estatem liquidam
per uer serenum comptemplator pro intuere nam tempus pro
futurum pro presenti posuit ab imperatiuo modo: trita
mellis silla Varro hanc herbam apiastrum dicit in
primo libro operis rustici: Cerynthe ignobile g. uile ubique
nascens matris cimbala que in eius tutela sunt ideo quia
similia sunt: emicaelis celi quibus cingitur terra que
est mater deorum: mox suo naturali cum ea non reddi-
tur quis enim nouit cur eris sono redeant in aluearia
licet ipse paulo post dicat coribantia quere secute: Ac
dicteo celi regem pauere sub antro incessit ingruit
inuasit alibi incessit uideros ignes ad tecta uolare quia
incessit regibus figuratum est: nam incessit reges dicam:
trepidantia bello alacritate pugnandi non timore
alibi exultantia quam haurit corda pauor pulsans id est
morantis tarde incedentis. pennisque coruscant que-
admodum scuta milites commouent. uocant hostem
prouocant uernacule ludum Serenum post plui-
as ut per sudum rutilare uident: camposque patentes
aerem purum quia liquidum non nubibus clausum: Et
ita aer campus est apium sicut mare nauium solum.
Ipse in quinto subtrahitur quam solum: glomerantur
in orbem more bellantum non densior aere grando
do In aliis enim bellis uicti tamen pereunt in certamine a-
prum etiam uictrices: nam dicturus est: animasque in uulnere
ponunt. tamen glandis erit nominatiuus hec glans: Ingentes
animos a. i. p. n. Statius maior in exiguo regnabat